

No. 33. 1074. 29. Juni.

K. Heinrich IV. schenkt der Stiftskirche das Dorf Rothiboresdorf im Burgwart Zadel und Gau Thalemenche.

In nomine sanctae et individuae trinitatis. Henricus divina favente clementia rex. Notum sit omnibus in Christo fidelibus tam futuris quam praesentibus, qualiter nos pro remedio animae nostrae omniumque parentum nostrorum rogatu et interventu karissimae conjugis nostrae Berthae necnon Sigifridi Maguntiensis archiepiscopi, Liethmari Bremensis archiepiscopi, Ruethberti Bauebergensis episcopi, Bennonis Misinensis episcopi, Ekiberti marchionis ceterorumque fidelium nostrorum, quandam villam Rothiboresdorf¹⁾ vocitatum, in comitatu marchionis Ekiberti sitam in provincia Thalemenche videlicet in burgwardo Zadili in proprium tradidimus sanctae Misinensi ecclesiae in honorem sancti Johannis evangelistae et sancti Donati martyris constructae ac consecratae, cum omnibus appendiciis, scilicet mancipiis utriusque sexus, areis, aedificiis, agris, pratis, pascuis, silvis, lacis ceterisque aquarum decursibus, terris cultis et incultis, exitibus et redivibus, viis et inviis, quaesitis et inquirendis, ea videlicet ratione, ut praedicti loci episcopus liberam inde potestatem habeat tenendi, commutandi vel quicquid inde ad usum ecclesiae voluerit faciendi. Et ut haec nostra regalis traditio stabilis et inconvulsa omni permaneat tempore, hanc cartam inde iussimus conscribi et propria manu corroborantes nostri sigilli impressione insigniri.

Signum domini Henrici regis quarti. (L. M.)

Adelbero cancellarius vice Sigifridi archicancellarii recognovi. (L. S.)

Data est III. Kal. Jul. anno ab incarnatione domini Millesimo LXXIII. Indictione X. Anno autem regni domini Henrici XX. Actum in Maguntia civitate feliciter amen.

Nach dem Orig. im Stiftsarchiv zu Meissen mit wohlhaltenem Siegel. — Die Urkunde ist ungewöhnlich klein und ihre Aechtheit, da B. Rupert erst am 30. Nov. 1075 in Bamberg eingesetzt worden (Lamb. Hersfeld. p. 205 ed. min.) und weder das Regierungsjahr noch die Indiction zu 1074 passen, verdächtig. Böhmer Reg. S. 94 setzt sie ins J. 1076, wonach nur die Indiction falsch sein würde. Auffallend ist es auch, dass der Gegenkönig Rudolf wie es scheint denselben Ort der Stiftskirche im J. 1079 schenkt (vgl. No. 34).

Schoettgen Nachl. VII. 5. 411. — (Seyffarth) Ossil. Benn. p. 19. — Köhler cod. dipl. Lus. I. Anh. S. 20.

1) Rottwitz bei Zadel (Par. Zscheila) oder Roitzschberg (Par. Gröbern).

No. 34. 1079. 25. März.

K. Rudolf schenkt der Stiftskirche das Dorf Rokeborthdorf im Bezirk der Burg Zalin.

In nomine sanctae et individuae trinitatis. Ruod[ol]fus divina favente clementia rex. Omnibus Christi nostrique fidelibus tam futuris quam praesentibus notum esse [volu]mus, qualiter nos rogatu et interventu marchionis Ekiberti pro remedio animae ipsius et patris eius piae memoriae Ekiberti marchionis sanctae dei ecclesiae Misnensi in honore sancti Donati constructae villam quae vocatur Rokeborthorf sitam in pago